



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. III. Mariæ Purificatio, & Christi oblatio in templo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

EPITOM-  
MA VI-  
TAR  
CHRIST-  
ANN. 1.

gans omnes principes sacerdotū,  
& Scribas populi, sciscitabatur  
ab eis ubi Christus nasceretur. At  
illi dixerunt ei: In Bethlehem Ju-  
dæ: sic enim scriptum est per Pro-  
phetam: Et tu Bethlehem terra  
Juda, nequaquam minima es in  
principibus Juda: ex te enim exiet  
dux, qui regat populum meum  
Israel. Tunc Herodes clam voca-  
tis Magis, diligenter didicit ab eis  
tempus stellæ, quæ apparuit eis:  
& mittens eos in Bethlehem, di-  
xit: Ite, & interrogate diligenter  
de puero: & cum inueneritis, re-  
nuntiate mihi, ut & ego veniens  
adorem eum. Qui cum audissent  
Regem, abierunt, & ecce stella,  
quam viderant in Oriente, ante-  
cedebat eos, usquedum veniens  
staret supra, ubi erat puer. Vi-  
dentes autem stellam, gavisi sunt  
gaudio magno valde. Et intran-  
tes domum, invenerunt puerum  
cum Maria matre ejus, & proci-  
dentes adoraverunt eum: & aper-  
tis thesauris suis obtulerunt ei  
munera, aurū, thus, & myrrham.  
Et responso accepto in somnis ne  
redirent ad Herodem, per aliam  
viam reversi sunt in regionem  
suam.

## CAPUT III.

*Maria Purificatio, & Christi ob-  
latio in templo.*

1. Iesus in templo seditur offerturq; Patri.
2. Et à justo Simeone.
3. Atque ab Anna prophetissa agnoscitur.

**E**T postquam impleti sunt dies  
I. purgationis Mariæ secundum  
II. legem Moyfi, tulerunt Jesum in  
III. Jerusalem, ut sifterent eum Do-

mino, sicut scriptum est in lege  
Domini: Quia omne masculi-  
num adaperiens vulvam, sanctum  
Domino vocabitur. & vt darent  
hostiam secundum quod dictum  
est in lege Domini, par turturū,  
aut duos pullos columbarum.

Et ecce homo erat in Jerusa-  
lem, cui nomen Simeon, & homo  
iste iustus, & timoratus, expe-  
ctans consolationem Israel, &  
Spiritus sanctus erat in eo. Et re-  
sponsum acceperat à Spiritu san-  
cto, non visurum se mortem,  
nisi prius videret Christum Do-  
mini. Et venit in spiritu in tem-  
plum. Et cum inducerent puerū  
Jesum parentes ejus, ut facerent  
secundum consuetudinem legis  
pro eo: & ipse accepit eum in ul-  
nas suas, & benedixit Deum, &  
dixit: Nunc dimittis servum tuū  
Domine, secundum verbum tuū  
in pace: quia viderunt oculi mei  
salutare tuum, quod parasti ante  
faciem omnium populorum; lu-  
men ad revelationem gentium,  
& gloriam plebis tuæ Israel. Et  
erat pater ejus & mater miran-  
tes super his, quæ dicebantur de  
illo. Et benedixit illis Simeon,  
& dixit ad Mariam matrem ejus:  
Ecce positus est hic in ruinam, &  
in resurrectionem multorum in  
Israel; & in signum cui contradi-  
cetur: & tuam ipsius animam per-  
transibit gladius, ut revelentur  
ex multis cordibus cogitationes.

Et erat Anna prophetissa, filia  
Phanuel, de tribu Aser: hæc pro-  
cesserat in diebus multis, & vixe-

sur in  
templo.  
Lucæ 2.

2<sup>o</sup>  
Simeon  
senex  
agnoscit  
Salvato-  
rem, &  
cavit cō-  
tium.

3<sup>o</sup>  
Anna  
prophetis-  
sa confi-  
retur Re-  
demptorē

EPITO-  
ME VI-  
TAE  
CHRISTI  
ANN. II

rat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua usque ad annos octogintaquatuor: quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die. Et hæc ipsa horâ superveniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, quæ expectabant redemptionem Israel.

#### CAPUT IV.

##### *Fuga in Ægyptum. Inventio in templo.*

1. Ioseph cum Iesu & Maria fugit in Ægyptum.
2. Infantes occiduntur ab Herode.
3. Ioseph redit monitu Angeli.
4. Iesu anno ætatis duodecimo in templo à parentibus inventus, reducitur in Nazareth.

**1.** ANGELUS autem Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum. Et erat ibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.

**2.** Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc imple-

tum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israël. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæâ, p̄ Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo.

Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solemnium Paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendit illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognoverunt parentes eius. Exiit immanes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non invenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum

3.  
Ioseph  
monitus  
iterum  
ab Ange-  
lo rediit  
in Galili-  
lam.  
CHRISTI  
AN. VII.

Luc. 2.

4.  
Iesu  
duodenis  
à paren-  
tibus per-  
ditur &  
inveni-  
tu, &  
usque ad  
trigesimū  
annum in  
obedi-  
tia vivit

CHRISTI  
AN. XII.